

Area F  
1995

Sight Recitation  
Level II

Mox nubēs dēscendit et mare tegit. Tum māter mē hortātur ut aliquō modo fugiam : iuvenem enim effugere posse dīcit; sē, annīs et corpore gravem, libenter esse moritūram, sed nōlle mihi mortis causam esse. Ego respondi mē nōn sine illā discessūrum esse; statim eam invītam manū trahere coepī. Undique audiēbantur crēbrī clāmōrēs; aliī pārentēs, aliī līberōs vōcibus quaerebant; hī suum casum, illī suōrum dolēbant. Multī ad deōs manūs tolebant; multī vēra perīcula falsīs rūmōribus augēbant.